UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

daſſet aliquid fieri, quod à Papa nondum factum, ſeu
cognitum fuiſſet, nec ſuper eo Papa diſpoſuiſſet, aut
prouidiſſet, ut clarè, & in terminis loquitur text. in d.
c. exhibita. ibiq́; ſcriben. quia tunc ceſſat illud incon-
ueniẽs, ꝙ inferior factũ à ſuperiore reſcindat, ſeu re-
ſcindere poſſit, ſed qñ Papa ſuper eo prius prouidiſ-
ſet, aut diſpoſuiſſet, ut quia iam beneficium contuliſ-
ſet, & pro exequutione collationis, ac ꝓuiſionis man
daſſet, illum debere immitti in poſſeſſionẽ, amoto
tali, ſeu quolibet detentatore, tunc exequutor ille nõ
cenſeret̃ factus cognitor, nec electus, ut iudicialiter,
iuriſq́; ordine ſeruato procederet ſup exceptionibus
oppoſitis ab eo, qui fuit uocatus, & maximè qñ illæ
ius tituli, & proprietatis concernebant: immò forma
hac obſeruata, videlicet ꝙ citauerit, exequutor pote-
rit de facto exequi, ne cõtingeret inferiorẽ factũ ſupe
rioris reſcindere, & de illo cognoſcere, ut colligit̃ ex
ijs, quæ uoluit Pet. de Anch. in d. conſ. 225. & faciunt,
quæ habent̃ ꝑ Io. And. in d. c. quia diuerſitatẽ, & ſupra
dixi, nã † ex quo Papa in caſu noſtro mandat Do. Gre
14 goriũ debere immitti in poſſeſſionẽ dicti beneficij,
citato, & amoto dicto Do. Dominico, quẽ Papa repu
tat intruſum eſſe abſq; aliquo canonico titulo, & di-
ctũ beneficiũ detinuiſſe, & detinere indebitè occupa-
tũ, quæ uerba Papæ faciunt fidẽ, & rẽ manifeſtam, ac
quodãmõ notoriã, ex quo ſuper illis prouiſionẽ, & di
ſpoſitionẽ ſuã fundat, iuxta quæ habentur in d. c. gra
tia. de reſcrip. in 6. & in d. clem. 1. de probat. cũ ibi no.
ſequitur, ꝙ Papa mandando Do. Dominicũ debere
amoueri, debet intelligi, ut poſſit amoueri de facto
abſq; eo, quod ꝯ̃ ipſum iudicialiter procedat̃, dũmõ
ſeruata fuerit forma tradita in exequendo, videlicet
quod is fuerit citatus: Et ultra prædicta facit id, † qđ
15 uoluit Abb. in c. qa clerici. poſt princ. de iur. patr. ubi
ſingulariter dixit, ꝙ ſi quis notoriè iniuſtè tenet ec-
cleſiã, nõ eſt neceſſe, ꝙ epiſc. ipſum uocet in iudiciũ,
& ꝯ̃ illũ iudicialiter procedat, ſed põt de facto priua-
re, ex quo de facto ſe intruſit, prout in caſu noſtro D.
Dominicus ſe de facto intruſit abſq; canonico titu-
lo, ueluti atteſtatur Papa, cui in hoc eſt ſtandũ, ut ſu-
pra. Et ꝙ in caſu, de quo agitur, non dicatur mixtus,
ſed merus exequutor, & quãuis ex abundanti citauer-
rit, & quædã alia ad iuſtificãdã ſuã exequutionẽ fece-
rit, tamen ꝑꝑ hoc non deſinat eſſe merus, uoluit Do.
Card. in conſ. 76. incip. Reuerende pater. Ex prędictis
itaq; conſtat, ꝙ poſſeſſio relaxanda eſt Do. Gregorio,
ſeu eius procuratori, & ſi D. Dominicus prætẽdat ius
aliquod in dicto beneficio habere, adeat Papam, qui
ſemel manũ ſuper hoc appoſuit, & coram illo doceat
de iuribus ſuis, q ei iuſtitiã facere non denegabit. c. ex
ore de priuileg. ne, ſi aliter fieret, contingat inferiorẽ
corrigere, ſeu reſcindere id, qđ Papa fecit, & ordina-
uit, qđ eſſet abſurdũ, ut ſupra dictum eſt. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Gratia, & liberalitas propriè dicitur collatio beneficij.*
2 *Oeconomi conſtitutio in eccleſiis an, & quando gratiam in ſe contineat, & in quibus eccleſiis conſtituatur.*
3 *Gratiã continere id dicitur, quod in fauorẽ alicuius eſt introductũ.*
4 *Relatio clauſulæ in literis poſitæ eſt ad contenta, & conceſſa in literis, & non ad extra facienda.*
5 *Annullatio actus eſt pœna.*
6 *Priuare aliquem adminiſtratione, & iure iam quæſito pœnale eſt, & odioſum.*
7 *In pœnalibus, & odioſis ſtricta eſt facienda interpretatio.*
8 *Interpretatio ſemper facienda eſt, ne iuri iam alteri acquiſito præiudicetur, & potius, ut uerba nil operentur, quàm ut indebitè quis damnum patiatur.*
9 *Priuilegium iuri alterius præiudiciale debet ſtrictè intelligi, & in eo caſu, in quo minus præiudicet.*
10 *Literas, ſeu bullas beneficii ſibi collati quis infra certum tempus expedire de iure communi non tenetur.*
11 *Et eas infra certum tempus debere expediri continet potius utilitatem, & fauorem eius, cui beneficiũ fuit collatũ, quàm onus.*
12 *Coniectura ſemper potius ex proxima ſcriptura, quàm ex remota eſt aſſumenda.*
13 *Pœna adiecta in caſu, quo duo copulatiuè non fiant, non committitur, niſi vtrumq; non fuerit adimpletum, nec ſufficit alterum tantum non fuiſſe factum.*

EPITOME.

Clausula illa, alioquin gratia ſit nulla, in fine literarum, ſeu breuis appoſita, quòd ad conceſſionem duntaxat in ipſis literis contentam, uel ad proxima tantum ſit referenda, probatur.

CONSILIVM XV.

Qvamvis pauca excogitari poſſint, vltra
ea, quæ per Do. Aduocatum cauſę, de qua
agitur, conſiderata fuerunt, tñ, vt veritati
& amico ſatisfaciam, aliqua breuiter ſub-
iungam: Tota itaq; difficultas iudicio meo in eo ver-
titur, an illa clauſula in fine literarum, ſeu breuis po-
ſita, alioquin gratia ſit nulla, referenda ſit ad conceſ-
ſionem tantum in ipſis literis factam, an verò ad gra-
tiam, per quam beneficium aliàs Do. Herculi collatũ
fuit, & licet prima facie videretur dicendum, relatio
nem debere fieri ad gratiã collationis, & prouiſionis
1 factæ de beneficio, quia † talis propriè dicitur gratia,
& liberalitas. arg. c. gratia. c. quamuis. c. tibi, qui. & c. ſi
gratioſè. cum multis ſim. de reſcrip. in 6. & non ad id,
quod fuerat cõceſſum per literas, in quibus talis clau
ſula fuit appoſita, quoniam talis conceſſio gratiam
non continet, ſed ius cõe, ſ̃m quod, ne fructus eccle-
ſiæ, eiuſq́; poſſeſſio indebitè ab aliquo occupentur,
dum eccleſiæ prouidetur, conſtituitur œconomus,
qui nomine eccleſiæ apprehẽdat poſſeſſionẽ, eiuſq́;
fructus, & illos conſeruet. cap. cum uos. cum mate-
ria. de offi. ordin. tamen contrarium in terminis no-
ſtris verius eſſe arbitror, ꝙ relatio facienda ſit ad con
ceſſionem, de qua in ipſis literis, quæ gratiam in ſe di
citur continere. Et hoc multifariam apertè demon-
2 ſtratur, in primis, quia † de iure cõi, & regulariter œ-
conomi conſtituuntur in eccleſijs vacãtibus, quibus
nondum de rectoribus eſſet prouiſum, vt in d. c. cum
vos. ibiq́; plenè notatur, non autem in eccleſijs, qui-
bus iam de rectoribus eſſet prouiſum, nam tunc ad ip
ſos rectores ſpectaret apprehendere poſſeſſionem va
cantem, fructuſq́; eccleſię etiam propria auctoritate,
ex quo per collationem iam acceptatam ipſis ius in
re, hoc eſt in eccleſia dicitur acquiſitum, iuxta tex. in
c. ſi tibi abſenti. de præb. in 6. ibiq́; Docto. & in c. fi. de
conceſſ. præb. Ita tenet Io. And. & ſequitur Domi. de
S. Gemin. & alij in d. c. ſi tibi abſenti. ſecus ſi poſſeſſio
eccleſiæ non eſſet vacans, vt ibi. Conſtituuntur etiam
œconomi de iure cõi, vt ſupra, qui nomine eccleſiæ
apprehendant poſſeſſionem, & fructus, illamq́ue, &
illos in vtilitatem eccleſiæ expendant, aut futuris re-
ctoribus reſeruent, vt in d. c. cum vos. non autem, qui
nomine Papæ, & ſedis Apoſtolicæ apprehendant poſ
ſeſſionem, & fructus, prout factũ fuit in caſu noſtro.
Et quamuis poſtea mandetur œconomis, vt ipſi de-
beant relaxare poſſeſſionem eccleſiæ Do. Herculi re-
ctori, tamen de fructibus nihil iniũgitur. Et his reſpe-
ctibus dici poteſt, quòd conceſſio, & conſtitutio œ-
conomorum, de qua in literis, gratiam, & aliquid
præter ius cõe cõtinere dicatur. Quinimmò arbitror
ꝙ conſtitutio œconomi regulariter, quæ fit etiã pro
conſeruatione fructuum, & pro tuẽda poſſeſſ. eccl. va
cantis: & ſic in caſu d. c. cũ vos. & in alijs ſimil. ac ẽt in
caſu noſtro, gratiam ſimpl̃r continere dicatur, vt eſt
tex. clarus, iunc. gl. in primis verbis, in c. qđ ob gratiã.

d de

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

de reg.iu.in 6.nam dr̃ gratia ſaltem reſpectu eccleſię,
quia interim conſeruantur fructus,qui in vtilitatẽ ec
cleſiæ expendi poſſunt,item reſpectu rectoris,cui fru
ctus reſeruari poſſunt,vt ĩ d.c.cũ vos.tex. enim in d.c.
qđ ob grati dicit, quod ob gratiam alicui cõceditur,
non eſt in eius diſpendiũ retorquendum, & gl.ibi in-
quit, œconomus ergo, qui in fauorem eccleſiæ con-
ſtitutus eſt,eccleſiam grauare non debet, & ſic ſentit,
conſtitutionem œconomi gratiam continere, quia
3 iſtis reſpectibus continet fauorem eccleſiæ, & ſic† lar
gè loquẽdo id,quod in fauorem alicuius eſt introdu-
ctum,gratiã dr̃ continere, vt ibi, & probatur ex iurib.
præallega. & ex alijs multis, in quibus collationes, &
prouiſiones beneficiorum, quæ fiunt ẽt ſ̃m ius cõe,
gratiam continere,& gratioſè fieri dñr.¶ Quibus ſtã
tibus modo ad fauorem Do. Herculis multæ ex ratio
nibus,& regulis per dictũ dñm adductę locũ ſibi ven
dicant, quibus demonſtratũ fuit, ꝙ clauſula decreti
in fine literarũ poſita eſt reſerẽda ad gratiam, de qua
habetur in ipſis literis, & nõ ad gratiam aliàs factam
4 de parrochiali eccleſia, quia † relatio eſt facienda ad
contenta,& conceſſa in ipſis literis,& non extra illas.
arg.l.hæredes palam.§.ſed ſi nomina.ff.de teſtam.l.ſi
ſeruus pluriũ.l.talis ſcriptura. ff.de lega.1.l. nummis.
ff.de leg.3.& faciunt not. per Bal.in l.1. C. de his, qui
ante aper.tab. vbi dixit, capiẽdam eſſe coniecturam,
quæ ex teſtamento ordinatur,ſecus ſi veniat ab extra,
nã non eſt in conſideratione. Præterea ex quo ſumus
5 in pœnalibus,& odioſis,quia† annullatio actus eſt pę
na.Bar.in l.prætor.in prin.ff.de no.op.nun.l.quemad
modũ.C. de agr.& cenſ.lib.11.l.iubemus.C. de ſacro
6 ſan.eccl.& l.non dubium. C.de legib.item† odioſum
ac pœnale eſt priuare aliquem adminiſtratione, & iu
re iã acquiſito, vt eſt tex.in l.teſtamento Centurio.in
fin.ibiq; glo.ff.de manumiſ.teſta.l.decreto.& ibi Bar.
7 ff.de ſuſpe.tuto.† ſtricta facienda eſt interpretatio.ar-
gu.l.cũ quidã.ff.de lib. & poſth.l.ſi de interpretatiõe.
cũ ſi.ff.de pœn.c.in pœnis.& c.odia. de reg.iu.in 6. &
ideò interpretatio in caſu noſtro faciẽda erit, vt intel
ligatur de gratia,de qua prĩcipaliter hr̃ in ipſis literis,
& non de gratia aliàs Do. Herculi de eccleſia parro-
chiali facta:ſuadentur præmiſſa,quia ſic interpretan-
do minus præiudicatur iuri iã Do. Herculi acquiſito
in ipſa eccleſia ex collatiõe ei facta, & per eũ accepta
ta,iuxta d.c.ſi tibi.cum ibi not.& c.quodam. ibiq; Io.
8 An.& Domin.de præb.in 6.&† ſemper facienda eſt in
terpretatio, ne iuri iã alteri acquiſito fiat præiudiciũ,
& potius,vt verba nihil operentur,quã vt aliquid ope
rentur,& quis indebitè damnum patiatur, vt in c.du-
dum.& c.ſuggeſtũ.de decim. facit tex. in c.cum dile-
ctus.& ibi D.Ant.de cõſu.c.in his.& c. dudũ.de priui.
9 vbi Abb. ad propoſitũ inquit, ꝙ † priuilegiũ iuri alte-
rius præiudiciale debet ſtrictè intelligi,& in eo caſu,ĩ
quo minus afferat p̃iudiciũ. c.cum cappella. & c. qm̃
intentionis. cum ſi. de priu.l.1.§. ſi quis à principe. &
§.meritò.ff.ne quid in loco publ.& Inn.in c.2. de do-
na. Sed in caſu nr̃o ſi clauſula actus annullatiua eſſet
referenda ad gratiã collationis aliàs factæ de eccleſia
parrochiali,Do.Hercules indebitè damnũ pati dice-
ret̃,quia ꝑꝑ nõ expeditionẽ literarũ infra ſex menſes
priuatus eſſet iure ſuo ſibi in re, & in eccleſia acquiſi-
to,qđ eſſet iniquũ,& maximè,cũ de iure cõi quis non
arctet̃ infra certũ tp̃s expedire bullas,ſeu literas bene
ficij,vt colligit̃ ex tex.in d.c.ſi tibi.ibiq; Domi. vbi nõ
eſt præfixus terminus illi, cui collatio beneficij facta
fuit,ad acceptandũ collationẽ factã,illiq; conſentiẽ-
dum,& ꝯñr nec ad expediendũ literas terminus pręfi
10 xus dicetur. ¶ Præterea poſito, ſed † non conceſſo,
clauſulam prædictam debere, & poſſe referri ad gra-
tiam aliàs factã D.Herculi de eccleſia parrochiali, tñ
adhuc dico ipſum nõ fuiſſe priuatũ eccleſia ſibi ꝯceſ
ſa ob nõ expeditionẽ literarũ ſub plũbo infra ſex mẽ-
ſes,ꝗa cõſiderãdũ eſt, ꝙ in fine breuis, ſeu literarũ de
uoluntate Papæ duo copulatiuè D.Herculi mãdant̃,
primũ, ꝙ literæ expediant̃ ſub plũbo infra ſex mẽſes,
11 †& hoc potius utilitatẽ, & fauorẽ D.Herculis cõtine
re dicebat̃,quã onus,tũ quia ꝑ has literas ſub plumbo
collatio eccleſiæ probari põt, quæ aliter probari non
poterat,ut cautũ eſt ex regula cãcellariæ 25. tũ quia ꝑ
illarũ expeditionẽ gratia cẽſetur perfecta. arg. not. ꝑ
Bal.in c.1.col.2.ꝑ quos fiat inueſt.in uſu feud.arg.l.ꝯ-
ctus.C.de ſi.inſtr.ſecundũ fuit,ꝙ oĩa iura camerę apo
ſtolicæ debita ſoluere teneret̃, & hoc nõ ſuũ fauorẽ,
ſed cameræ cõcernebat, & non fuit hoc certo tẽpore
coarctatũ,ſed ſimpliciter demandatũ,& conſequen-
ter hoc qñcunq; poterat per Do.Herculẽ adimpleri:
unde cũ poſtea adiũgat̃ clauſula annullatiua gratiæ,
alioquin gratia ſit ipſo iure nulla, ea debet referri ad
proximũ caſum,& ſic ad ſecundũ,& nõ ad primũ, vi-
delicet ꝙ gratia, & collatio ſit nulla in caſu, quo non
ſoluerit iura debita cameræ, qđ ꝗdẽ poterat qñcunq;
facere,cũ certũ tp̃s ad id faciendũ non fuerit p̃fixũ: &
cũ ſimus in pœnalib. hæc clauſula ultimo loco poſi-
ta eſt ad proxima tm̃ referẽda, ꝗa ſic minus iuri quæſi
to D.Herculi præiudicat̃, & mitior fit interpretatio,
12 vt s̃.dictũ fuit,& † ſemꝑ cõiectura potius eſt aſſumen
da ex proxima ſcriptura,quã ex remota,ut in d.l.hære
des palã. §. ſed ſi noĩa, in d.l.ſi ſeruus pluriũ.in fi. & in
d.l.nũmis. ¶ Vltimo referẽdo ẽt illã clauſulã annulla
tiuã ad vtrũq; dictũ, adhuc dico D. Herculẽ nõ poſſe
dici priuatũ eccl̃a ſibi collata ob nõ expeditionẽ lite-
13 rarũ.ĩ.ſex mẽſes,ꝗa† hęc annullatio actus,& remotio
ab adminiſtratione & officio,q̃ dr̃ eſſe pœna,ut s̃.fuit
appoſita ſub cõdõne duo copulatiuè cõtinẽte, uideli
cet in caſu,quo D.Hercules nõ expediret lr̃as ſub plũ
bo ĩ. ſex mẽſes, & nõ ſolueret oĩa iura debita cameræ
apoſtolicę,& hoc ultimũ fuit adiectũ ſimpliciter ſine
p̃fixione certi tẽporis,ut dixi,ergo ad hoc, ut hæc pœ
na annullationis cõmitti potuerit,debuit utrũq; eue
niſſe, nec ſatis fuit alterũ tm̃ nõ fuiſſe factũ, ut eſt tex.
in l.is,ꝗ ducẽta.§.cũ ita.ff.de reb.dub.& facit,qđ hr̃ in
c.2.cum ibi not.ꝑ gl.Abb.& alios de reſcr.Sed in caſu
nr̃o quãuis D.Hercules alterum nõ adimpleuerit,ꝗa
nõ expediuerit lr̃as infra ſex mẽſes,nõ tñ dr̃ alterũ nõ
adimpleuiſſe,ſeu adimplere noluiſſe,cũ adhuc poſſit
illud adimplere,uidelicet ſoluere oĩa iura camerę de
bitã,ergo ſoluẽdo adhuc pœnã p̃dictã euitare poteſt.
Hæc ſunt, quæ ad fauorẽ D. Herculis dictis aliorum,
qui in hac cã ſcripſerunt,addere uolui. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Penſio dimidiam reddituum non excedens monacho facto epiſco-
po poteſt ex cauſa auctoritate apoſtolica etiam ſuper eccleſia
cathedrali reſeruari, & quo iure. num. 13.*
2 *Penſionum ſuper eccleſiis conſtitutio canonum auctoritate eſt or-
dinata, & ſuper illis Papa, quomodo vult, ſtatuere poteſt.*
3 *Abbas poteſt certam penſionem ſuper bonis, & redditibus mona
ſterij ſimplici monacho concedere, & quomodo.*
4 *Et ſi ea fuerit à Papa ad vitam monachi confirmata, efficitur
quoad Abbatem irreuocabilis.*
5 *Monachus etiã ſimplex poteſt ex prouiſione Papæ ſuper quibuſcũ
que eccleſiis ẽt cathedralibus penſionem quoad vſum, & admi
niſtrationem, habere etiam inſcio, & inuito abbate.*
6 *Penſio ſimpliciter monacho à Papa conceſſa, quomodo in dubio in
telligatur conceſſa.*
7 *Penſio etiam laico concedi poteſt.*
8 *Monachus factus epiſcopus, an proprium habere poſſit, & diffe-
rat à ſimplici monacho. & nu. 10.*
9 *Monachus factus epiſcopus ſi poſtea epiſcopatui renunciauit, quõ,
& ſecundum quam regulam, & cui ſubditus viuere debeat.*
10 *Monachus ex diſpenſatione Papæ an,et quõ propriũ habere poſſit.*

11 *Monacho ex diſpenſatione Papæ prouideri pōt de beneficio, et eccle
ſia etiam curata, cuius redditus facit ſibi ſuos iure eccleſiæ.*
12 *Monachus factus Epiſcopus quò ad multa deſinit eſſe monachus
ſui monaſterij, à poteſtate ſui abbatis liberatur, et capax fit ali
quorum, quorum ſimplex monachus eſt incapax.*
14 *Monachus, ſeu clericus non pōt in feudo ſuccedere, & feudū, quod
ante monachatum, ſeu clericatum habebat, domino aperitur.*
15 *Quid ſi feudum ſit tale, cui per alium poſſit inſeruiri.*
16 *Quid ſi ex gratia Papæ illud ſibi retinere conceſſum eſſet.*
17 *Epiſcopatus qualitas monachatui adiecta auget potius, quàm mi-
nuat, & quid operetur.*

EPITOME.

Monachvm factum Epiſcopum, ac etiam ſimplicē poſſe auctoritate Apoſtolica ſuper eccleſijs etiā cathedralibus penſionem non iure ſuo, ſed iure eccleſiæ quò ad adminiſtrationem, & diſtributionem habere, hic probatur.

CONSILIVM XVI.

1 Qvod † auctoritate Apoſtolica penſio, quę
dimidiam reddituum non excedat, mona
cho facto Epō potuerit ex cā reſeruari etiā
ſuper eccleſia cathedrali, neminem latet,
qm̄ in iis, quæ ſunt à iure poſitiuo introducta, Papa
plenitudinem ptātis habere cenſetur, & in eo cā iu-
ſta præſumitur. c. propoſuit. de conceſ. præb. ad not.
in c. quanto. de transla. Epiſ. & ad ſcrib. in c. quæ in ec-
cleſiarum. de conſti. Bal. in l. teſtamētum. C. de teſta.
2 † Conſtitutio aūt penſionum auctoritate canonum,
legumq; eccleſiaſticarum ordinata fuit ad c. nulli. §.
his ita rn̄detur. 12. q. 2. & hr̄ in c. cum M. de conſti. ſu-
per illis igitur Papa liberè quo modo, & in quem uo-
3 luerit, ſtatuere poterit. Immò † permittitur Abbati ēt
certam penſionem ſimplici monacho concedere ſu-
per bonis, & redditibus monaſterij, non, ut illam hn̄t
tanquam propriam, nec ut eam alij dare, & in alium
transferre ualeat, cum proprium hr̄e non poſſit, ſed
ut inde uiuere, illamq́ue adminiſtrare, & diſtribuere
queat. c. niſi eſſent. de præb. cle. 1. §. quia uerò. de ſtatu
4 mon. Et † q̄uis tunc hmōi penſio ſit ad nutum Abba-
tis reuocabilis, tn̄ ſi à Papa fuerit confirmata ad vi-
tam monachi, erit quò ad Abbatem effecta irreuoca
bilis, cum ex tali confirmatione monachus fuerit ef-
fectus obedientiarius Papæ, ut declarat Abb. cuius di
ctum crebro receptum eſt, in d. c. niſi eſſent. circa fin.
5 A fortiori ergo † Papa ex ſua prouiſiōe principaliter
ordinare poterit, ꝙ monachus ēt ſimplex poſſit pen-
ſionem ſuper quibuſcunq; eccleſijs ēt cathedralibus
hr̄e quò ad uſum, & adminiſtrationē, ſeu diſtributio-
6 nē ad eius uitam ēt inſcio, & inuito Abbate: Et † in du
bio penſio monacho ſimpłr à Papa ꝯceſſa intelliget̄
data eo mō, quo illam de iure monachus hr̄e poteſt,
ut actus valeat ad l. ſi domus. in fi. cum ibi plenè not. ꝑ
Alex. & alios. ff. de leg. 1. & l. ſi qn̄ à prin. C. de inoff. te
7 ſta. nam & † laico pōt cōcedi. gl. in d. c. cum M. Ex qui
bus infertur, ꝙ pēſio facilius poterit à Papa monacho
8 facto Epō reſeruari, quia † & ſi monachus factus Ep̄s
proprium hr̄e, ſibiq́; acquirere nequeat. c. vnico. & ibi
gl. 18. q. 1. Abb. Card. Imo. & alij in c. pen. de uit. & ho.
cle. tn̄ in pluribus à ſimplici monacho differt, & mul-
torū eſt capax, quorū ſimplex monachus eſt incapax.
9 gl. in c. de monachis. 16. q. 1. ēt ſi † ex poſtfacto Ep̄atui
renunciauerit, quia & ſi monachus remaneat, non tn̄
ſui primi monaſterij, nec ſ̄m rłam illius uiuere debe
bit, ſed potius dicetur monachus religionis in gene-
re, & ſubditus Ep̄i, ſecundum cuius rłam viuere tene-
bitur, ut rectè intuenti colligit̄ ex uerbis Fede. in cōſi.
5. & 19. iuncto c. ꝯſtitutionem. in fi. & not. in c. non ſo
lum. de reg. in 6. & arg. tex. not. cum gl. in c. fi. 20. q. 3.

Valuit ergo penſio, quā habuit R. D. Tadeus Ep̄s Cal-
linen. ex prouiſione Papæ ſuper eccleſia cathedrali
Ep̄atus Cariatenſis nō ſolū quò ad adminiſtrationē,
& diſtributionē, ſed ēt fortè pleno iure ex Papæ ꝯceſ
10 ſione: qm̄ † & ſi monachus factus Ep̄s proprium hr̄e,
& ſibi acquirere non poſſit, ſed ſuæ eccl. ut no. in d. c.
unico. 18. q. 1. & in d. c. de monachis. tn̄ ex Papæ cōceſ
ſione monachus pōt propriū hr̄e, & matrimoniū ꝯ̄he
re ad tradita per Abb. & ferè oēs in c. 1. de uoto. & ī c.
cū ad monaſteriū. de ſta. mon. & licet tex. ille dicat, ꝙ
q̄uis Papa non poſſet cū monacho diſpenſare, ut mo
nachus exiſtēs propriū hr̄e poſſit, tn̄ de monacho nō
monachū facere poterit, & ſic propriū poterit hr̄e, ut
inquit ibi gl. hoc tn̄ debet intelligi de monacho ſim-
plici, qui dr̄ Abbati ſubiectus, ut ibi. At ſecus puto di-
ci poſſe de monacho facto Epō, ꝙ is auctoritate Papę
ꝓpriū hr̄e poſſit iure eccleſiæ, nō, ut de illo poſſit libe
rè diſponere, ſed ut id eccl. ſuæ relinquat, ueluti dr̄ de
aliis clericis, ut in c. 1. & per tot. 12. q. 3. Quod ſuadet̄,
11 nā † monacho ex Papæ diſpenſatione pōt prouideri
de bn̄ficio, & de eccleſia ēt curata, ut ex aduerſo cōce
ditur. ꝑ tex. in d. c. j. quo caſu monachus facit ſibi ſuos
redditus iure eccl. ſicuti faciunt alij clerici ad gl. in c.
pn̄ti. de off. ord. in 6. & per Abb. in c. extirpādæ. §. ſi ve
rò. de præb. ergo nec erit inconueniens, ꝙ monachus
12 factus Ep̄s, † qui deſinit quò ad multa eſſe monachus
ſui monaſterij, & capax fit aliquorū, quorū incapax ē
ſimplex monachus, & à ptāte ſui Abbatis liberari dr̄,
ut in d. c. unico. & per Fed. in dictis conſi. & Doct. ma
ximè moder. in d. c. pe. de ui. & ho. cle. & in d. c. de mo
13 nachis, † ex prouiſione Papæ poſſit penſionē, uel ali-
quid aliud hr̄e ſuper bonis eccłiæ nō iure proprio, &
pleno, ſed iure eccleſiæ, vcȝ, nō ut illud liberè ualeat,
cui uelit, relinquere, & de eo diſponere, ſed ut relin-
quat eccleſiæ, ex cuius bonis acquiſiuit. d. c. 1. Quod
ultimū nō excludit, quin monachus factus Ep̄s ex Pa-
pæ diſpenſatione propriū hr̄e dicatur iure eccleſię, &
non iure ſuo, ueluti hn̄t, ſeu hr̄e pn̄t alij clerici, quibꝰ
de bonis eccl. ſuæ aliquid acquiritur. ¶ Corroborant̄
14 prædicta optimo ſimili, † nā legitur in c. j. de vaſal. mi
li. qui arma bell. in c. 1. de feu. fœm. & in c. j. §. quod ſi
clericus. ſi de feu. fue. ꝯten. inter do. & agna. quò cleri
cus, ſeu monachus nō pōt ſuccedere in feudo, ſeu feu
dū, quod an̄ clericatū, ſeu ingreſſum monaſterij habe
bat, per monachatū, uel ingreſſum aperitur dn̄o, cū
is, qui factus eſt miles Chriſti, debeat deſinere eſſe mi
les ſeculi, nec bn̄ficium, hoc eſt feudū pertinet ad eū,
qui non debet officium uaſalli gerere. d. c. 1. in fin. de
uaſal. mil. qui ar. bell. ubi gl. inquit, ꝙ uaſallus mona-
ſterium ingreſſus dn̄s rerū ſuarū eſſe deſinit, ut pote
dn̄s: ergo de illis nec diſponere, nec teſtari poterit. au
then. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccl. & c. quia ingredienti-
15 bus. 19. q. ult. † Si tn̄ feudum ſit tale, cui per aliū poſſit
inſeruiri, clericus, & monachus in illo ſuccedere po-
terit, ut uoluit gl. not. quam feudiſtæ ſequuti ſunt, in
16 d. c. 1. de feu. fęm. quinīmò † And. de Iſer. ibi uoluit, ꝙ
ex gratia principis, hoc eſt Papæ clericus, & cōſequē-
ter monachus pōt feudū retinere eo mō, quo aliàs iu
ra ipſis aliquid poſſidere permittunt: nam iura illos
parificāt, ſi ſit tale feudum, cui per alium poſſit inſer-
uiri, ut ſup. ¶ Quo uerò ad officiū, ſeu locū inter mili
tes S. Pauli, num R. D. Thadeus Ep̄s Callinē. illius ca-
pax fuerit, & ſic ab eo potuerit in aliū transferri, ex p̄-
dictis inferri pōt, ipſum inter alios milites locū obti-
nere potuiſſe, ſaltē quò ad adminiſtrationē, & diſtri-
butionē, ut dictū fuit de penſione, & ex quo Papa præ
fatum Ep̄m admiſit, quem ſciuit de monachatu ad
Ep̄atum tranſiuiſſe, ut ex multis documentis oſtendi
poteſt, Papa videtur uoluiſſe, ꝙ ille ad officium prædi
ctum admiſſus fuerit eo modo, quo de iure potuerit,